Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



39) Annales Fuldenses et Bertiniani ad an. 861 et seqq. apud Struvium Corp. Hist. Germ. Ex illis habetur anno 861 Carolomannum Carinthiæ procurationem habuisse, ac patris Ludovici Germanici indignationem incurrisse, cum Carentani limitis Custodes, a patre constitutos exauctorasset, aliis, quos sibi addictos esse cognoverat, in eorum locum ordinatis. Falkensteinius Hist. Bav. p. II, f. 160: Er (Carolomannus) hatte sich vorher, nemlich An. 861 von seinem Schwiegervater, Herzog Ernesto in Bayern, und andern Magnaten zu einer Rebellion gegen seinen Vater, den Kœnig Ludwig verleiten lassen; er wurde aber mit demselben das folgende Jahr zu Regenspurg wieder ausgesöhnet: worauf er ihm das Herzogthum Kærnten zu gubernieren übergab: nempe secunda jam vice. De Ernesti genere disseruimus supra Add. 32 et 34. Plura vide apud Falkensteinium f. 164 et seqq. ubi multis contendit, probatque, Arnulfum Imp. e vero matrimonio natum esse Matre Luitswinde, secunda Carolomanni uxore, non concubina, filia Arnusti seu Ernesti Bavariæ Ducis vel Marchionis Carentani limitis, qui defuncti circa an. 865. Cumque Annales Fuldenses, Hernustum filium Hernusti Ducis anno 857 contra Bohemos militasse testentur; sequitur, Ernesto I præter duas filias, S. Regiswindem, et Luitswindem, Carolomanno Regi nuptam, filium fuisse Ernestum II.

40) Annales Fuldenses ad an. 866. Hermannus Contractus Chron. ad an. 866.

41) Tschaveller in Marianischen Gnadenthrone p. I, c. 4; ubi: sie stiessen nächst einem kleinen Wasser (welches man noch dessentwegen den Thyrsenbach nennet) einander auff, forderten sich herauss, und zweykæmpften so lang, biss Haymon überwande, und Thyrsus auff die Haut gelegt ware. Apud rivulum Thyrsenbach seu, ut vulgo pronuntiant, Dürstenbach hodie existit Domus stationaria seu posta prima ab Oeniponte, tribus leucis Stamsio distans versus orientem. Ill. Maxim. Mohr Rer. Tirol. t. I: da man zæhlte nach Christi Geburth 878. Solle ein Riss Heymann genannt, von den alten verblibnen Stainen an das orth, da Veldidena gestanden, ein Closter gebauet, Wilthau genant, vnd solches denen Fratribus Ordinis sancti